

Tellina marina cunei formis Die Heil- oder Bissen- förmige Meer- Sch-
Muscheln. oder Die Heil- Bissen.

Sunt Conchula marinae aequalves, inaequaliter à cardine ulque ad extimam oram ad-
modum contractae, ex uno latere vero ad aliud notabiliter productae. è latere longiore sunt
subrotundatae, è latere autem breviorè & parte rostri incurvati acuminatae, et linea obli-
qua quasi recta terminatae, rostrique incurvatura quasi figuram cordis in medio emi-
nentem efformante; mediocriter ventricosa, umbone scilicet medicri, rostrisque eius subtili
ac leviter tantum incurvate: è parte cardinis longiore sulculum rectum oblongum in
principio latiusculum, postea paulatim angustatum efformante, cui sulculo ligamentum
articulationi etiam oblongum inhaeret; in extima ora cardini opposita apparent crenulae
internae, quibus mediantibus Concha arcuissime per ginglynum clauditur, in extima su-
perficie utriusque lateris crenulis destituta spatio aperto remanente, per quod Pilius adli-
bitum aquam attrahere, et iterum expellere possit. externa harum Conchularum Superficia
es plerumque albescit, et verius imam oram quosdam falcis vari coloris cineta est. interna
et externè splendescunt, quasi politae essent, et insuper laeves sunt circa extrema latera interna
colore violaceo, aut rufescente tinctae sunt, et extima interna ora cardini opposita crenulis
levissimis, uti iam dictum, instructa est. et haec erant Tellinae vulgarissimae Rondeletii, seu
primae speciei, aut propriae marinae, quae in mari nascuntur. pag. 6.

Tellina marina cunei formis è latere cardinis bre-
viorè representata
cum figura cordis in
medio eminentis ab in-
curvatura rostri effor-
mata alba, splendens,
ac circa imam o-
ram falcis dilute viri-
descentibus cin-
ta.

Eadem è parte um-
bonis representata.


Eadem è parte car-
dinis representata.

Eadem è latere,
cardinis longiore,
cum sulculo oblon-
go recto, cui liga-
mentum inhaeret,
representata.



Tellina marina cunei formis è parte um-
bonis representata alba, eburnea splendens,
cum falcis cinericeis tenuissimis cineta.

Eiusdem facies interna, ut articulatione, vesti-
gia adhaerentis animalis, colores, interni vio-
lacei, aut rufescentes in extremitate laterum,
sunt cum crenulis extima ora cardini oppositae
apparent.



Tellina marina cunei formis mediocrius alba splendens rostro falcem rubram cineto, in-
ternè vero rubore subtilissimo obducta.

